UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Meditationes Et Recollectiones Animæ, Per decendialia Exercitia Deo suo Vacaturæ

Finetti, Bernardo

Augustæ Vindelicorum, 1690

Dies Secundus. De Gravitate peccatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-60556

Visual Library

# DIES SECUNDUS.

## *De gravitate peccatorum.*

## MEDITATIO SECUNDA:

### PUNCTUM PRIMUM.

COnſidera, quàm ſit grave, & caſtigatione dignum peccatum mortale, dum Angelus propter unicum tale ſola ſuperba cogitatione commiſſum tam graviter à Deo punitus eſt, ut mox omnibus donis ſupernaturalibus, quibus à Deo cumulatus erat, privatus fuerit, atque in ictu oculi à paradiſi ſublimitate in profundum abyſſi infernalis præcipitatus, omnique pulchritudine, & dignitate à Deo conceſſa exutus, adeò, ut, qui priùs inter omnes creaturas pulchritudine præſtabat, mox fuerit omnium turpiſſimus, aſpectúque ſummè horribilis; & hæc omnia propter peccatum.

## AFFECTUS.

O Peccatum! peccatum, quàm es abominabile! ſi nihil mali in te contineres, & afferres, quàm quòd adeò deformem reddas animam, dignum eſſes, quod omnes execrarentur. Ah Anima mea! qua fronte audes vel minimum peccatum committere, quod adeò te deturpat? Cùm S. Catharina



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tharina Senenſis vidiſſet animam pecc mortali obnoxiam, adeò horrore concu batur, ut propè exſpiraverit; & tu vid poteris te ipſam tot peccatis deturpata nec tamen terrore concutieris? ſi non nauſeabundè, & cum horrore intueri p magnam corporis deformitatem, in quo quam in carcere concluſa teneris, quom tuipſius fæditatem aſpicere poteris? ſi c pus, vili licèt luto compactum, tamen placet dum eſt deforme, quomodo plac anima ad imaginem Dei creata, & ipſius Dei perfruendi capax? ſi corpus in ter ſuam reverſurum, & moriturum tam ſpe ſum cupis, quomodo tolerare poteris, u anima omnis pulchritudo exulet, quæ eſt, ut gaudijs cœleſtibus potitura æter vivat? Ah peccatum! peccatum! O q es horrendum!

## *Fructus & propoſita.*

FRuctum ſuppeditat B. Catharina nuenſis, quæ, Confeſſario ſuo quon aſſiſtens, derepentè exclamare cœ Non ampliùs mundum, non ampliùs pec ta; & hoc, quòd, Deo permittente, in pec mortalis cognitionē deveniſſet, cujus hor re & atrocitate concuſſa in tam inſolitos latus proruperat. Hanc & tu imitare, A ma devota, clama cum Beata illa Virg

Nonampliùs mundum, non ampliùs peccata: tam enim peccatum mortale grave eſt, & deteſtandum, ut omne quodcunque excogitabile malum præeligere debeas, quàm vel in minimum conſentire, quia omnia mala magis animæ proſunt, quàm peccatum. Meliùs eſt, perdere bona, ſanitatem & vitam. Meliùs ſufferre omnia tormenta, imò meliùs ſuſtinere ipſummet infernum, quàm animam peccato inquinatam habere. Non eſt malum vel tormentum majus, quàm peccatum, ipſum eſt unicum, & ſummum malum, quia hominem privat ſummo & unico omnis boni objecto, qui eſt Deus. Quod cùm ita ſit, deteſtare, & execrare peccatum, fuge omnes occaſiones, & illicia, quæ ad peccatum te pertrahere poſſunt. Omnia tormenta potiùs exopta, deſidera potiùs æternùm in inferno ardere, quàm peccato obnoxia æthæreas ædes incolere, quia, ſi in inferno ſine peccato conſiſteres, certo paradiſum quendam ibidem experireris, ubi econtrà infernum perſentiſceres, ſi in cœlo cum peccato degeres. Scias, anima devota, infernum eo potiſſimùm deformem, dirísque cruciatibus crudelem eſſe, quòd animæ vitijs defædatæ ibidem commorentur, paradiſum verò amœnum, aſpectuque venuſtum, quia animæ illibatæ eundem incolunt; inde eſt, quòd angelus mox, ut peccavit, à paradiſo excluſus

ſit,

ſit, ne videlicet, ſtante hac ſuâ culpâ, infer conſtitueret. Imprime hæc menti tuæ ſeriò ſtatue, pulchritudinem in creati Deo tibi conceſſam illibatam ſervare, fiet, ſi facto tali propoſito tenaciter ad ris, nec ullo unquam modo admiſeri anima tua pretioſiſſimo Chriſti ſangui libuta, vel minima peccati labe de ſtetur.

## PUNCTUM SECUNDUM.

MEtire, Anima devota, peccati m lis, gravitatem à magna ruina homini attulit, poſtquam illu toplaſtus noſter in mundum invexit. ( tum ad animam; privavit eam divi tiâ, & amicitia, quod eſt præcipuum h bonum: privavit intellectum ſcienti & cognitione, quam habebat de omni bus ſupernaturalibus; voluntatem ſ ctitudine, quâ ad divinorum manda regulas incedere ſatagebat: potenti ſitivas promptâ obedientiâ, quam p bant rationi, & ratio Deo. O quant perpeſſus eſt homo in anima ſua propt catum! Quantum ad corpus: Con creatum id fuiſſe nullis ſubjectum dol nullis cruciatibus, aut tribulationibus. pore calido nec incaluiſſet nimis, nec friguiſſet, ſuavi ſemper vere gaviſum

dam tranſegiſſet vitam. At poſt peccatum omnibus his beneficijs ſpoliatum ſubdebatur morti, doloribus, & immenſis miſerimæ vitæ anguſtijs. Conſidera inſuper, omnes pœnas à Deo orbi intentatas: bellum, famem, peſtem, alias innumeras calamitates, à peccato originem traxiſſe. Evolue Sacram Scripturam, & habebis, Diluvium, flammas Penta poleas, plagas Ægypti, & quidquid miſerabile repereris, omnia eſſe effectum peccati. Et utinam monſtruoſus hic peccati fœtus in malis terrenis ſubſiſteret! altiora petit, ipſomet Deo (quod omnia alia ſuperat) animam privat, & æternis inferni flammis addicit. O quot infelices animæ rigidiſſimo erebi ſtagno innatant, propter unicum ſola concupiſcentia, aut complacentia commiſſum mortale peccatum, absque eo, quod in opus illud redegerint!

## AFFECTUS.

Quid feciſti peccatrix Anima mea? noſti utique quam grande malum ſit peccatum. Sciviſti tot, & tanta damna, quæ infernalis hæc hyæna infert, & tamen, O te perditiſſimam! tamen commiſiſti illud, ac tantis cruciatibus lubens volens te ſubjeciſti. Vel, ſi neſciviſti, ſcias nunc, eo ipſo momento, quo peccatum committis, privatam te eſſe divinâ gratiâ, effectam Dei

inimicam, & *ſecundum præſentem juſ*
condemnatam ad æternas inferni p
An his intellectis denuò peccare poter
Deus meus! ſcio, quod graviter te off
rim, ſubmitto me nunc, volóque ſubjac
mnibus pœnis, quas mihi immiſeris, o
hujus vitæ tormenta, imò ipſos etiam in
cruciatus non recuſo, tantum, ne un
permittas, ut ultra in culpam incautar
quia ſolum peccatum omnibus alijs
gravius & pejus judico. En mi Deus!
ctiſſimis tuis pedibus advoluta humilli
flagito omnem pœnam, omnem trib
nem, & tormentum. Tibi ſupplico
cordiſſime pariter & juſtiſſime Deus,
hi immittas non unam mortem, non
infernum, ſed mille mortes, & mille
nos, hoc unicum maxima cordis hum
à te exoro, ut gratiam concedas, ne
offendam. Dulciſſimus mihi ſemp
aſpectus mortis, dulciſſima omnia i
tormenta, modò remotam me videro
cato, objecto omnium amariſſimo,
rendiſſimo.

## *Fructus & propoſita.*

MOdicum tibi conferet, Anima
ta, conſiderâſſe peccati dam
gravitatem, ſi de ejus fuga no
ris ſollicita. Impoſſibile eſt, ut anima

ſe cognoſcere peccati fæditatem, & damna, quæ affert, ſi poſtea iterum committat. Reiteratio peccati evidens ſignum eſt, te illud denuò velle, tibi placere, & dulce videri, quod tamen eſt amariſſimum. Anima, quæ verè omne peccatum radicitùs amoliri ſatagit, nullam diligentiam non adhibet, quâ ingentem illam labem per peccatum contractam, quantocius abluat, probè gnara, tantam eam eſſe, ut pro ea eluenda neceſſarium fuerit balneum è pretioſiſſimo Chriſti ſanguine confectum. Defecerunt remedia humana, ad Divina recurrendum erat, ut tantò malo remedium efficax reperiretur. Ergò & tu ad divina recurre, implora Dei auxilium, huic innitere, & firmiter ſtatue, omnia peccata devitare. Elige potiùs millies mori, quàm vel ſemel Deum offendere. Nihil unquam boni tibi polliceare, quamdiu peccato mortali fueris coinquinata. Si bonum aliquod tam in hac, quàm in altera vita deſideras, fuge peccatum; omnem peccati maculam tolle, ſi in beatam illam civitatem intrare cupis, ubi nihil coinquinatum intrabit.

## Punctum Tertium.

Poſtquam conſideraveris peccati atrocitatē & turpitudinem, te ipſam diſcuties, & ponderabis, quomodo pro eo, ut abhorreas, foveris illud in corde tuo, & quoties

offenderis Dominum tuum verbo, op
concupiſcentijs & cogitationibus.

Conſidera, quàm parum tuas pa
refrænaveris, quantámque peccandi
tiam eisdem conceſſeris.

Subingredere, quantò intimiùs val
ctum animæ tuæ, accuratéque perſpice
tuam, & ad oculum patebit, quam g
Deum offenderis, quodque tua pecc
numero excedant capillos capitis tui
mnium enucleatiſſimè obſerva, & co
peccatum ingratitudinis, benè ponde
quòd, non obſtantibus tot benefic
tibi conceſſis, pro eo, ut gratam te
graviſſimè eum offenderis.

Subſiſte hîc cogitationibus tuis,
interiora cordis tui, & videbis, quàm
fueris ingrata nonſolùm beneficijs C
nis, Redemptionis, Conſervationis,
tot ſpecialibus favoribus, tot internis
rationibus, quibus à Deo ad virtutes,
ritum, ad perfectionem excitaberis,
tamen non ſolùm non obediviſti, ſed
res occluſiſti, tantíſque gratijs, non
viſſimis peccatis, reſpondiſti.

## Affectus.

Quid ain, Anima mea, tandem
appetitus in offendendo Deo
ſatiatus? Quæ tibi è tot tuis

tis vel minima utilitas? Ah! miſeram te, & infelicem! O peccatum! peccatum! O verè unicum, & ſummum totius mundi malum, ex quo, nonniſi acutiſſimi omnium malorum tribuli prodire poſſunt. Deus meus, amantiſſime Redemptor mi, O quàm confundor! quam erubeſco! dum, vix obiter perluſtratis interioribus meis, veluti digito oſtenſum cerno, quantam fabam in me ipſam cuderim. Millies, ah! millies ſum promerita, ut propter rationem tam exiguam, quam tecum inivi, perderer, enecarer. Te, O mi Jesu! tam nihili duxi, Te, Ah pudet dicere! Te vitam, & ſalutem meam contempſi, neglexi.

Quomodo fieri potuit. Anima mea, ut eſſes tam crudelis in teipſam, tantaque mala per tuam ingratitudinem tibimet fabricares? Agnoſco, O Domine mi, agnoſco culpas meas, deteſtor mea peccata, proſterno me cum pœnitente Magdalena ad ſacratiſſimos pedes tuos, veniam humillimè imploro, & effluentibus lachrymarum rivulis pietatem tuam exoro. Eluam planctu amariſſimo noxarum mearum maculas, & curabo, ingratitudinem meam genuino ac perfecto amore retundere. Non intrabit poſthac peccatum in cor meum; Tu, O Deus meus, eris deinceps unicum objectum deſideriorum, & cogitationum mearum. Tu unicus & ultimus finis operum meorum. Cor meum,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod hactenus erat ſentina malorum,
nunc, & in æternum ſedes omnium
tum. Hoc unicè ſuſpiro, hoc voveo,
animitus apprecor.

## *Fructus & propoſita.*

UT concepti affectus tui fructificen
mnem operam in eo collocare de
ut in firmo propoſito, nunquam
hac Deum offendendi, te ſtabilias.
propter cogitabis ſollicitè de vitæ m
que mutatione, inquires radicem &
nem peccatorum, procurabis & ind
efficacia remedia, quibus à vitijs avoc
ad virtutes pertraharis; notabis ea
tim, & ſæpiùs deinde releges, concep
per novo propoſito in bono perſevera
quod ſummopere conducet frequens
de peccatis, plangendo & ingemiſ
quod tantum bonum, Deum tam m
tam pium, tam amabilem offenderi
particulari execraberis ingratitudinē
oculiſque in divina beneficia conjecti
bis eisdem correſpondere, aures tuas
apertas tenendo, quibus vocem Do
tam gratiosè te vocantis protinùs e
& in effectum deducas. Nec obli
gratam te ſiſtere, quod incredibili p
vitam tuam prolongaverit, tantúm
tium conceſſerit, ut de peccatis dole

niam petere, & in gratiam redire potueris, dum tamen eo ipſo momento, quo in peccatum conſenſeras, ad æternas inferni pœnas condemnari potuiſſes, quæ omnia vel unico hoc ſuſpirio exprimi poſſunt. : *O Deus benigniſſime miſerere mei, & ne memineris iniquitatum mearum, de quibus doleo, & ingemiſco ex toto corde.*

# DIES TERTIUS.

## *De Morte.*

## MEDITATIO TERTIA:

### PUNCTUM PRIMUM.

REcole pauliſper, Anima devota, quòd Vas Electionis S. Paulus Romanis ſuis paternè inſinuat, dum ait: *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit,* *Cap. 5.* *& per peccatum mors, & ita in omnes homines* *v. 12.* *mors pertranſijt, in quo omnes peccaverunt.* Si mors in omnes homines pertranſijt, conſiderare debes, & tibi quoque cum omnibus moriendum eſſe.

Conſidera quàm ſit effrons, & crudelis, quæ nullum, ſeu magnates ſint, ſeu infimi quique, ſeu divites, ſeu pauperes, reſpectum habeat. Nulla potentia, nullæ divitiæ prævalere poſſunt, quin omnibus indifferenter



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN